quam extra, & vbique locorum inter ipſos, ſiue collegialiter, ſiue non collegialiter ... torio, diſcuſſas ſiue eorum Tribunal, & Auditorium, ſiue perſonas litigantium, ſeu informantium quomodolibet concernentia cuiquam vt præmittitur propalare, ſeu euulgare audeant, vel præſumant ſub periurij, & maioris excommunicationis latæ ſententiæ à quibus à nemine, etiam maiori Pœnitentiario, & quocumque alio facultatem abſoluendi generalem, etiam vigore Cruciatæ vel Iubilæi, etiam Anni Sancti, etiam in ſolo foro conſcientiæ habente, ſed dumtaxat à Nobis, & pro tempore exiſtente Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo vnquam abſolui poſſint eo ipſo abſque alia declaratione incurrendis pœnis Apoſtolica auctoritate hac perpetuo valitura Conſtitutione noſtra diſtrictè prohibemus, & interdicimus. Cæterum iiſdem Auditoribus vt dicere, vel ſignificare valeant difficultates, ob quas reſolutio in qualibet Rotali diſcuſſione dilata, ſeu quomodolibet impedita, ſeu rationes, ac motiua ob quæ illa facta fuerint, ſeu quæ in cauſæ diſcuſſione adducta fuerunt partibus cõtendentibus, ſiue collitigantibus tacito tamen illius, ſeu illorũ Auditorum, ſeu Locatenentium nomine, & cognomine, etiam Correſponſalium noncupatorum, à quo ſeu quibus difficultates præfatæ excitatæ, vel rationes, ac motiua etiam à partibus contendentibus, ſeu collitigantibus deducta, probata, ſeu amplexa fuerunt, permittimus. Quia verò valdè inconueniens foret ea, quæ per ipſos Auditores, ſeu Locatenentes ſecreta teneri debent, ab eorum Studij Adiutoribus publicari, aut aliquo modo pateſieri. Idcirco ſingulis Auditorũ & Locatenentium præfatorum ſtudij vt vocant Adiutoribus, necnon alteri perſonæ, cuius opera quilibet eorumdem Auditorum, ac Locatenentium pro tempore in ſtudendo, alioſque labores perferendo vti vt ſupradictum eſt, poterit, ne vota, ſiue ſuffragia tam ſuorum, quam aliorum Auditorum, ac Locatenentium aut ſi quid ex illis, quæ vt ſupradictum eſt in Auditorio, ſeu congreſſu dictorum Auditorum tractata, & dicta fuerint, aut quæ reſolutionem cauſarum, & negociorum, vt præfertur impediuerint, vel promouerint quomodolibet reſciuerint, etiam minimum, vlli omnino perſonæ directè vel indirectè, verbo, vel ſcripto, aut alio quoquomodo, vt præmittitur patefacere, indicare, & ſignificare pariter audeant, vel præſumant ſub pœnis præfatis eo ipſo incurrendis, modoque, & forma præmiſſis, itaut etiam in foro conſcientiæ ſolum à Nobis, & Romano Pontifice, vt præfertur abſolui poſſint ſimiliter ex nunc, prout poſtquam præſens noſtra Conſtitutio ad eorum notitiam deducta fuerit, perpetuo prohibemus. Inſuper vt omnes, & ſinguli Auditores huiuſmodi, præſentes quidem ſtatim poſt huiuſce noſtræ Conſtitutionis promulgationem, poſteri verò antequam poſſeſſionem officij Auditoris huiuſmodi adipiſcantur, in manibus pro tempore exiſtentis S. R. E. Cardinalis Vicecancellarij, necnon dicti Adiutores ſtudij, ſcilicet vnus Adiutor pro quolibet Auditore, ſeu Locũtenente, & altera dumtaxat perſona, cuius opera dicti Auditores, & Locatenentes in ſtudendo, vt præfertur, vtentur in manibus ſuorum reſpectiuè Auditorum, ſeu Locatenentium ſeſe hanc noſtram Conſtitutionem ad vnguem obſeruaturos iurent, & iurate teneantur, necnon vt quotannis in prima Rota menſis Octobris, quando cæteræ Conſtitutiones Apoſtolicæ dictum Tribunal concernentes legi ſolent, etiam hæc noſtra Conſtitutio cum illis legatur, ac vt eiuſdem Conſtitutionis copia in bibliothecis, ſeu locis ſtudij ordinarij Auditorum præfatorum, itaut ab omnibus, quos illa concernit, legi, nec illius ignorantia ab eis allegari queat, palam, & loco conſpicuo affigi, & continuo affixa remanere debeat, volumus, ſtatuimus, & ordinamus, præſenteſque litteras, & in eis contenta quæcumque nullo vnquam tempore de ſubreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis noſtræ, aut alio quocumque defectu, notari, impugnari, vel redargui, aut in ius, vel controuerſiam reuocari, vel ad terminos iuris reduci poſſe, ſed illas ſemper validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, & ab omnibus, quos illæ concernunt, perpetuò inuiolabiliter obſeruari, Sicque per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam præfatos Auditores, & Locatenentes, & S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & quoſuis alios quacumque auctoritate fungentes, etiam Pœnitentiarios, nunc & pro tempore exiſtentes ſublata eis, & eorũ cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi quid ſecus à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, nec non eaſdem præſentes litteras intelligendas eſſe prout iacent decernimus, & vt incurſus cenſurarum, & pœnarum præfatarum aliquo modo non excuſetur, ne eædem litteræ per quemquam, niſi per Noſmetipſos, & Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros declarentur, ſeu interpretentur, ſub eiſdem cenſuris, & pœnis eo ipſo incurrendis prohibemus. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in vniuerſalibus Prouincialibuſque, & Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon dicti Tribunalis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quauis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Tribunali, & Auditoribus, & alijs præfatis, cæteriſque quibuslibet in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad effectum præmiſſorum ſpecialiter, & expreſſe derogamus cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die xix. Nouembris MDCXLIII. Pontificatus Noſtri Anno Vigeſimoprimo.

M. A. Maraldus.

Anno à Natiuitate D. N. IESV CHRISTI 1643. Indictione vndecima, Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. VRBANI Diuina Prouidentia Papæ VIII. anno eius vigeſimoprimo, die vero 23. Nouembris ſupradictæ litteræ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ, necnon in acie Campi Floræ, & alijs locis ſolitis, & conſuetis Vrbis per me Camillum Friſonum Sanctiſſ. D. N. PP. Curſ. Pro D. Mag. Curſ. Ioſeph Maffeus Curſ.

ROMAE, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ. MDCXLIII.

VA 1
15324/13

(20

S.MI D. N. D. VRBANI
DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ VIII.

Prohibitio Auditoribus Sacræ Rotæ Romanæ, ac eorum Locatenentibus, & Studij Adiutoribus &c. ne vota ſua, vel ſuorum Coauditorum, & alia, quæ in Rota tractantur cuiquam patefaciant.







BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE III NAPOLI

VRBANVS PAPA VIII.
AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

EXPONI Nobis nuper fecerunt dilecti filij cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, quod etiamſi in eorum primo ingreſſu in Rota præſtent iuramentum de conſeruando ſecretum ſuper omnibus, & ſingulis, quę in Rota occaſione diſputationis cauſarum dicuntur, tamen eorumque eorum vota, ſiue ſuffragia in cauſis, & controuerſijs, quæ in Rotę Auditorio diſcutiuntur, & alia, quæ eorumdem cauſarum, Auditoribuſ- Tribunalis ratione inter ſe tractant, & diſputant partibus litigantibus, ſeu alijs patefiunt, indeque graue eidem Tribunali, humiliter ſuppli- que, ſeu Locatenentibus prædictis oritur, & in dies magis oriri poteſt præiudicium: Nobis propterea dicti Auditores humiliter ſuppli- euulgationis, cati fecerunt, vt deſuper opportuno prouidere remedio de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, ne metu euulgationis, iuſtitiæque Auditores præfati, ſeu eorum Locatenentes à proferendis liberè votis, ſiue ſuffragijs ſuis retrahantur, ſeu retrahi poſſint, iuſtitiæque à quibuſuis adminiſtratio inde quoquomodo impediatur, quantum cum Domino poſſumus prouidere volentes, & ſingulares dictorum Auditorum perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati. De nonnullorum Romanæ Curiæ Pręlatorum ſuper hoc negocio à nobis ſpecialiter deputatorum conſilio, quaſcumque Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum hac ſuper re editas Conſtitutiones innouantes, iiſdem Rotæ Auditoribus, ac eorum Locatenentibus nunc, & pro tempore in perpetuū exiſtentibus, ne propria cuiuſlibet ipſorū vota ſiue ſuffragia in quibuſuis cauſis, & controuerſijs, quæ in eorum Auditorio pro tempore diſcutiuntur, vlli omnino perſonæ vtriuſque ſexus, ac cuiuſcumque qualitatis, cōditionis, ſtatus, dignitatis, & præeminentiæ, etiā Eccleſiaſticæ indiuidua mentione dignæ, præterquam ſuis Coauditoribus, ſeu Locatenentibus, ſuorumque ſtudiorum vnicis Adiutoribus, ac alteri dumtaxat perſonæ, cuius opera quemlibet Auditorem, ſeu Locūtenentem in ſtudendo vti oportebit, directè, vel indirectè, nutu ſcripto, vel verbo, vel alias quomodolibet ſub quouis quantumuis colorato prætextu patefacere, aut ita loqui vt ex eorum verbis de proprio, vel ſuorum Coauditorum, ſeu Locatenentium ſuffragijs, ſeu votorum tenoribus cognitio vnquam haberi poſſit, nec etiam Coauditorum ſuorum vota, ſiue ſuffragia cuiquam vllo modo patefacere, neque quinam ex ipſis votum, ſiue ſuffragium [illegible] quoquomodo, nec ea quæ tam in eorum Auditorio, & congreſſu

… quam extra, & vbique locorum inter ipſos, ſiue collegialiter, ſiue non collegialiter [illegible] torio, diſcuſſas ſiue eorum Tribunal, & Auditorum, ſiue perſonas litigantium, ſeu informantium quomodolibet concernentia cuiquam vt præmittitur propalarè, ſeu euulgare audeant, vel præſumant ſub periurij, & maioris excommunicationis latæ ſententiæ à quibus à nemine, etiam maiori Pœnitentiario, & quocumque alio facultatem abſoluendi generalem, etiam vigore Cruciatæ vel Iubilæi, etiam Anni Sancti, etiam in ſolo foro conſcientiæ habente, ſed dumtaxat à Nobis, & pro tempore exiſtente Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo vnquam abſolui poſſint eo ipſo abſque alia declaratione incurrendis pœnis Apoſtolica auctoritate hac perpetuo valitura Conſtitutione noſtra diſtrictè prohibemus, & interdicimus. Cæterum iiſdem Auditoribus vt dicere, vel ſignificare valeant difficultates, ob quas reſolutio in qualibet Rotali diſcuſſione dilata, ſeu quomodolibet impedita, ſeu rationes, ac motiua ob quæ illa facta fuerint, ſeu quæ in cauſæ diſcuſſione adducta fuerunt partibus cõtendentibus, ſiue collitigantibus tacito tamen illius, ſeu illorũ Auditorum, ſeu Locatenentium nomine, & cognomine, etiam Correſponſalium noncupatorum, à quo ſeu quibus difficultates præfatæ excitatæ, vel rationes, ac motiua etiam à partibus contendentibus, ſeu collitigantibus deducta, probata, ſeu amplexa fuerunt, permittimus. Quia verò valdè inconueniens foret ea, quæ per ipſos Auditores, ſeu Locatenentes ſecreta teneri debent, ab eorum Studij Adiutoribus publicari, aut aliquo modo patefieri. Idcirco ſingulis Auditorũ & Locatenentium præfatorum ſtudij vt vocant Adiutoribus, necnon alteri perſonæ, cuius opera quilibet eorumdem Auditorum, ac Locatenentium pro tempore in ſtudendo, alioſque labores perferendo vti vt ſupradictum eſt, poterit, ne vota, ſiue ſuffragia tam ſuorum, quam aliorum Auditorum, ac Locatenentium aut ſi quid ex illis, quæ vt ſupradictum eſt in Auditorio, ſeu congreſſu dictorum Auditorum tractata, & dicta fuerint, aut quæ reſolutionem cauſarum, & negociorum, vt præfertur impediuerint, vel promouerint quomodolibet reſciuerint, etiam minimum, vlli omnino perſonæ directè vel indirectè, verbo, vel ſcripto, aut alio quoquomodo, vt præmittitur patefacere, indicare, & ſignificare pariter audeant, vel præſumant ſub pœnis præfatis eo ipſo incurrendis, modoque, & forma præmiſſis, itaut etiam in foro conſcientiæ ſolum à Nobis, & Romano Pontifice, vt præfertur abſolui poſſint ſimiliter ex nunc, prout poſtquam præſens noſtra Conſtitutio ad eorum notitiam deducta fuerit, perpetuo prohibemus. Inſuper vt omnes, & ſinguli Auditores huiuſmodi, præſentes quidem ſtatim poſt huiuſce noſtræ Conſtitutionis promulgationem, poſteri verò antequam poſſeſſionem officij Auditoris huiuſmodi adipiſcantur, in manibus pro tempore exiſtentis S. R. E. Cardinalis Vicecancellarij, necnon dicti Adiutores ſtudij, ſcilicet vnus Adiutor pro quolibet Auditore, ſeu Locũtenente, & altera dumtaxat perſona, cuius opera dicti Auditores, & Locatenentes in ſtudendo, vt præfertur, vtentur in manibus ſuorum reſpectiuè Auditorum, ſeu Locatenentium ſeſe hanc noſtram Conſtitutionem ad vnguem obſeruaturos iurent, & iurare teneantur, necnon vt quotannis in prima Rota menſis Octobris, quando cæteræ Conſtitutiones Apoſtolicæ dictum Tribunal concernentes legi ſolent, etiam hæc noſtra Conſtitutio cum illis legatur, ac vt eiuſdem Conſtitutionis copia in bibliothecis, ſeu locis ſtudij ordinarij Auditorum præfatorum, itaut ab omnibus, quos illa concernit, legi, nec illius ignorantia ab eis allegari queat, palam, & loco conſpicuo affigi, & continuo affixa remanere debeat, volumus, ſtatuimus, & ordinamus, præſenteſque litteras, & in eis contenta quæcumque nullo vnquam tempore de ſubreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis noſtræ, aut alio quocumque defectu, notari, impugnari, vel redargui, aut in ius, vel controuerſiam reuocari, vel ad terminos iuris reduci poſſe, ſed illas ſemper validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, & ab omnibus, quos illæ concernunt, perpetuò inuiolabiliter obſeruari, Sicque per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam præfatos Auditores, & Locatenentes, & S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & quoſuis alios quacumque auctoritate fungentes, etiam Pœnitentiarios, nunc & pro tempore exiſtentes ſublata eis, & eorũ cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi quid ſecus à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, nec non eaſdem præſentes litteras intelligendas eſſe prout iacent decernimus, & vt incurſus cenſurarum, & pœnarum præfatarum aliquo modo non excuſetur, ne eædem litteræ per quemquam, niſi per Noſmetipſos, & Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros declarentur, ſeu interpretentur, ſub eiſdem cenſuris, & pœnis eo ipſo incurrendis prohibemus. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in vniuerſalibus Prouincialibuſque, & Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon dicti Tribunalis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quauis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Tribunali, & Auditoribus, & alijs præfatis, cæteriſque quibuslibet in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad effectum præmiſſorum ſpecialiter, & expreſſe derogamus cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die xix. Nouembris MDCXLIII. Pontificatus Noſtri Anno Vigeſimoprimo.

M. A. Maraldus.

Anno à Natiuitate D. N. IESV CHRISTI 1643. Indictione vndecima, Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. VRBANI Diuina Prouidentia Papæ VIII. anno eius vigeſimoprimo, die vero 23. Nouembris ſupradictæ litteræ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ, necnon in acie Campi Floræ, & alijs locis ſolitis, & conſuetis Vrbis per me Camillum Friſonum Sanctiſſ. D. N. PP. Curſ. Pro D. Mag. Curſ. Ioſeph Maſſari Curſ.

ROMAE, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ. MDCXLIII.

VA 1
15324 13

S.^MI D. N. D. VRBANI
DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ VIII.

Prohibitio Auditoribus Sacræ Rotæ Romanæ, ac eorum Locatenentibus, & Studij Adiutoribus &c. ne vota ſua, vel ſuorum Coauditorum, & alia, quæ in Rota tractantur cuiquam pateſaciant.





BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE III NAPOLI

VRBANVS PAPA VIII.
AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

EXPONI Nobis nuper fecerunt dilecti filij cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, quod etiamſi in eorum primo ingreſſu in Rota præſtent iuramentum de conſeruando ſecretum ſuper omnibus, & ſingulis, quę in Rota occaſione diſputationis cauſarum dicuntur, tamen eorum vota, ſiue ſuffragia in cauſis, & controuerſijs, quæ in Rotę Auditorio diſcutiuntur, & alia, quæ eorumdem cauſarum, eorumque Tribunalis ratione inter ſe tractant, & diſputant partibus litigantibus, ſeu alijs pateſiunt, indeque graue eidem Tribunali, Auditoribuſque, ſeu Locatenentibus prædictis oritur, & in dies magis oriri poteſt præiudicium: Nobis propterea dicti Auditores humiliter ſupplicati fecerunt, vt deſuper opportuno prouidere remedio de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, ne metu euulgationis, Auditores præfati, ſeu eorum Locatenentes à proferendis liberè votis, ſiue ſuffragijs ſuis retrahantur, ſeu retrahi poſſint, iuſtitiæque adminiſtratio inde quoquomodo impediatur, quantum cum Domino poſſumus prouidere volentes, & ſingulares dictorum Auditorum perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati. De nonnullorum Romanæ Curiæ Prælatorum ſuper hoc negocio à nobis ſpecialiter deputatorum conſilio, quaſcumque Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum hac ſuper re editas Conſtitutiones innouantes, ijſdem Rotæ Auditoribus, ac eorum Locatenentibus nunc, & pro tempore in perpetuū exiſtentibus, ne propria cuiuſlibet ipſorū vota ſiue ſuffragia in quibuſuis cauſis, & controuerſijs, quæ in eorum Auditorio pro tempore diſcutiuntur, vlli omnino perſonæ vtriuſque ſexus, ac cuiuſcumque qualitatis, cōditionis, ſtatus, dignitatis, & præeminentiæ, etiā Eccleſiaſticæ indiuidua mentione dignæ, præterquam ſuis Coauditoribus, ſeu Locatenentibus, ſuorumque ſtudiorum vnicis Adiutoribus, ac alteri dumtaxat perſonæ, cuius opera quemlibet Auditorem, ſeu Locūtenentem in ſtudendo vti oportebit, directè, vel indirectè, nutu ſcripto, vel verbo, vel alias quomodolibet ſub quouis quantumuis colorato prætextu pateſacere, aut ita loqui vt ex eorum verbis de proprio, vel ſuorum Coauditorum, ſeu Locatenentium ſuffragijs, ſeu votorum tenoribus cognitio vnquam haberi poſſit, nec etiam Coauditorum ſuorum vota, ſiue ſuffragia cuiquam vllo modo pateſacere, neque quinam ex ipſis votum ſiue ſuffragium tulerint, [illegible] quoquomodo, nec ea quæ tam in eorum Auditorio, & congreſſu